



**Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvitiensis Ordinis S.
Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè,
ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac
sumptu haud ita modico ...**

Rupert <von Deutz>

Colonia, M. D. XXVI.

VD16 R 3796

Cap. III. Venit (ait) Johannes Baptista predicans in deserto Judee [et]
dicens. Poenitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælo[rum].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71860](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71860)

nesciebam eum, Sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit. Super quē uideris spiritum descendentem & manentē in eo, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Hoc ex prae-
 teritis, quae scriptura narrat euangelica, satis euidenter constat, quia Iohannes nesciebat eū
 uidelicet eo modo quo inuicem sciuntur uel sciri possunt facies hominum, qui uel pariter
 cōmanent, uel aliquando mutuos sibi aspectus praebuerunt: Iesus namq; adhuc infantulus
 necdū biennis, fugerat in Aegyptū, & Iohannes puer, nescimus quot annoꝝ, uerūtamen
 in teneris annis, secesserat in desertū. Ergo secundū faciem nesciebat eum, licet secundum
 spiritū scire potuerit, eū iam aduenisse, quo agente exultauit in gaudio clausus in utero ma-
 tris suae. Sed ut manifestaretur (ait) in Israel, propterea ueni ego in aqua baptizans, sub-
 auditur & praedicans, quod hic Matthaeus primus exprimens. **Venit (ait) Iohannes**
Baptista praedicans in deserto Iudaeae dicens. Poenitentiam agite, appropin-
quabit enim regnum caeloz. Haec eius praedicatio uiam parauit, ut manifestaretur in
 Israel iste filius hominis, & appareret in nubibus caeli, peruenturus (ut supra memoratum
 est) usq; ad antiquū diem, id est, eligeret sibi aplos, de quibus dictū est per prophetam. Qui
 sunt isti, qui ut nubes uolant testes illos habiturus, & uidentibus illis ascensurus in caelū, et
 cum illorū testimonio praedicandus per mundū uniuersum. ¶ Et notandū, quod primus
 iste praecursor dñi, nomine expresso praedicat regnū caeloz, sciendūq; solū & unicū reg-
 nū caeloz, regnū esse legitimū, rapinam autē fuisse omnia regna terrarū, praeter solam sedē
 Dauid, quae huius regni caelozū praeparatoria fuit. Regna terrarū illa dicimus, quae absq;
 deo fuerūt, & sine spe regni caelozū pertransierūt: quorū maxima erant capita leena & ur-
 sus, pardus, & illa sine nomine quarta bestia, quas uidelicet bestias Daniel uidit in uisione
 supra memorata, per quas intelligimus quatuor principalia regna: quorū primū, regnū Ba-
 byloniorū, populū dei captiuauit: secundū regnū Persarū & Macedorū, agente Aman su-
 perbillimo, populū eundē funditus delere uoluit. Tertū regnū Graecorū, mala in eodē po-
 pulo gessit illa, quae Machabaeorū narrant libri: Quartū, regnū Romanorū, & ipsum filiū
 hominis, tradentibus eū Pontio Pilato Iudaeis, & martyres eius, usq; ad tēpora Constā-
 tini crudeliter occidit. Quod illic post bestias illas datū fuisse dandū esse uidit Daniē regnū
 filio hominis, dictūq; est ad eū, suscipient autē regnū sancti dei altissimi, & obtinet uerū regnū
 usq; in seculū & seculū seculorū, hoc est regnū quod praedicans Iohannes, praenuntiat poe-
 nitentiā agite, & tunc demū causam subnequit, appropinquabit enim regnū caeloz. ¶ Hic
 iā nec illud praetereundū, quod hoc sit propheticā gratiā singularē praenuntū, ubiq; le-
 geris uel audieris ad quēmpī factū esse uerbū dñi, & hinc prophetas sanctos esse uel dici,
 quia factū est ad eos uerbū dñi. Nouissimus omnīū illorū iste est Iohannes, super quē scri-
 bit Euāgelista factū esse uerbū dñi, ut ueniret praedicans & baptizans, & sic manifestaretur in
 Israel filius hoīs. Prim⁹ autē oīm fuit pater Abrahā, de q; sic scriptū est, Factus ē sermo dñi
 ad Abrahā per uisionē dicens, Noli timere Abrahā, ego protector tuus sum, & subinde,
 statimq; sermo dñi factus est ad eū dicens, nō erit hic hāeres tuus, sed qui egredietur de ute-
 ro tuo, ipsum habebis hāredē, &c. quibus utiq; uerbis promittebatur aduentus eiusdē filij
 hominis. ¶ Igitur cū dicit hic. In diebus illis uenit Iohannes Bapt. subaudiendū est, in testi-
 moniū. Sic em̄ alius Euāgelista sublimerit enūciauit, praemittens, fuit homo missus à deo,
 cui nomen erat Iohannes, statimq; subiungēs, hic uenit in testimoniū, ut testimoniū perhi-
 beret de lumine, ut oēs crederēt per illū. Nec uerū solūmodo ex deserto in omnē regionē
 Iordanis, uerū & ex matris utero in lucē uitae praesentis in testimoniū uenit. Iccirco senib; iu-
 stis datus est, iccirco sterili utero conceptus, iccirco adhuc ex utero matris suae spiritu san-
 cto repletus est, iccirco cū gaudio multorū & admiratione plurimorū natus est, iccirco du-
 ce spū sancto in desertū à seculo fugit, & uitā angelicā duxit, omnēq; ordinē uitae irrepre-
 hensibilē gessit, uicū atq; uestitu uenerabilis & omnī sanctitate mirabilis, ut esset idoneus
 testis, & omnibus his modis in testimoniū uenit. Sacerdos erat, & patri sacerdoti succedere
 re iure debebat, sed uetera sacerdotij ueteris insignia respuens, legēq; caeremoniarū in die-
 bus suis esse finiendā optime sciens, solā praelegit praedicare & in semetipso dedicare poeni-
 tentiā, quae sacerdotalis officij pars optima est, Nouerat quippe, sicut beatus ille & iustus
 Symeon, nouerat (inquā) & responsum acceperat ab eodē spū sancto, qui hominē talē, pul-
 chrum

CAP. III.

Esate. 80
Actuū. I.

Regna terrarū
rapina
fuerunt.

Danic. 7.

Ibidem.

Luc. 3.

Gen. 12.

Iohā. uenit in
testimonium.
Iohan. I.

Luc. 2.

clara gratia suae uehiculum parauerat, non uisus se mortē, nisi prius uideret Christū dñm
 & illum regni caeloz regem quarendū sibi esse, non per ostensionē suae promissionē au-
 licae purpure, sed per predicationē austerā poenitentia. Nā ut manifestaretur (ait) in Is-
 rael, propterea ueni ego in aqua baptizans, & pdicans baptismū poenitentia. ¶ Dicit alius
 quis, Non poterat alio modo fieri, ut manifestaretur in Israhel, nisi pdicando poenitentia.
 Ad haec inquā, Poterat quidē, sed omniū modoz, quibus hoc fieri poterat, iste modus es-
 rat optimus, & pro re magis congruus, magisq; necessarius. Quid em? Nonne ad hoc ue-
 nerat, filius hominis, nōne ad hoc natus erat agnus dei, ut poenitentia suscipere pro pecca-
 tis totius generis humani, & ut poenitentia incipiens à ieiunio quadraginta diez, perseue-
 raret agendo illā in laboribus plurimis, usq; ad mortē, mortē aut crucis? Nonne illa morte
 à dño factū est istud, & est mirabile in oculis nostris, qđ cū lapis ille reprobatus esset, cū fo-
 ras ciuitate proiectus ille filius hoīs in cruce penderet, iāq; spiritū emisisset, patefactū est la-
 tus eius militis lancea, & cōtinuo exiuit sanguis & aqua? Hoc fuit, hoc est baptisma ipsius
 de quo dixit ipse iam dudū baptisate Iohānis baptizatus. Ego habeo baptismū baptiza-
 ti, & quomō coartor usq; dū perficiatur. Illo baptisate nos baptizandi eramus, & baptis-
 atū sumus. Hinc apłus. Quicūq; em (ait) baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius bap-
 tizati sumus. Modus ergo manifestationis hic erat optimus & ualde cōgruus, ut gloria
 humilitas pcederet, humilitatē gloria sequeretur, atq; illic pmonstraretur, quali cū fru-
 ctu suscepta poenitentia foret cōsumaturus. Humilitas quippe fuit, qđ uenit dñs ad bap-
 tisma serui, & inter peccatores poenitentia suscipientes, qui peccatū nō fecerat, baptismū
 pnie suscepit. Quae uel qualis humilitatē gloria cōtinuo secuta est? *Ecce* (inquit) aperti
 sunt ci caeli, & uidit spiritum dei descendētem sicut columbam, & uenientem super
 se. Et ecce vox de caelo dicens. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cō-*
placuit. Hoc & miraculū gloriosum, & maioris fuit gloriae signū. Similiter nāq; humi-
 litatē mortis, quae (ut iam dictū est) poenitentia propter nos suscepta cōsummatio fuit, se-
 cutura erat gloria resurrectionis, qua effulgente nimis aperti sunt ei caeli, & ipse in caelū
 ascendit, & gratia spūs sancti nō iam super eū, sed super credentes in eum & baptizatos in
 nomine eius descendit. Alias autē & uere super eū descendit, quoniam ipse est caput, & ipsi
 sunt corpus eius, super quos spūs sanctus descendit, nec ob aliud super eos descendit, nisi
 quia Christus ipse est in eis: quemadmodū apłus dicit, habitare Christū per fidē in cordi-
 bus nostris. ¶ Vnde autē huic Iohanni, ut tā cito cognosceret eū, diceretq; uenienti ad se il-
 lud memorabile ex humili corde, ego à te debeo baptizari, & tu uenis ad me, Dixit em se-
 cundū Iohannē, ut supra memoratū est: dixit (inquā) semel & iterū, & ego nesciebā eum.
 Vnde ergo tā cito cognouit eū? Ad haec breuiter respondendū, quia p uim prophetici spi-
 ritus cognouit eū, utiq; uolentē cognosci, quia iam tempus aderat cognoscendi eū. De illa
 uim prophetici spūs, loquitur apłus. Si omnes prophetent, intret autē quis infidelis uel idio-
 ta, cōuincit ab oib; , diiudicat ab oib; , etiā occulta cordis ei; manifesta fiūt, & ita cadēs in fa-
 cie adorabit deū, pnūciās qđ uere deus in uobis sit. Hoc in laudē ppheticā grāe dicit, qđ illi
 occulta cordis alterius manifesta sint. Erat autē Iohānes ppheta, iāq; ex utero mātis suae grām
 ppheticā acceperat, spū pphetico repletus fuerat. Sed ut et hoc inferā, qđ aliud uerbū dñi
 factū fuerat, ut Lucas meminit, sup Iohānē Zachariae filiū in deserto, nisi ipm, qđ caro factū
 fuerat ex Mariae uirginis utero? Ergo ne uerbū, quod factū fuerat super eū ut ueniret, &
 assumptū hominē suae carnē, quā assumpserat, manifestaret ille in Israhel, nō ostenderet
 illi cito quē quarebat, & propter quē, ut manifestaretur, obediens uerbo, aduenerat? Igi-
 tur cū ista sit uis prophetici spūs (ut iam dictū est) manifesta facere occulta cordis, etiā no-
 lentis, quantō magis manifesta fieri debuerunt Iohanni occulta cordis dñi Iesu, pxfertim
 uolentis, ut nō ex facie mentem, sed (qđ mirabilius est) ex mente cognosceret eius faciē?
 Et ille quidē quisquis est, cuius occulta cordis ita manifesta fiunt, cadens in facie (ait apłus)
 adorabit deū, pronūcians qđ uere deus in uobis sit, dñs autē Iesus, cuius nō est adorare, sed ad-
 orari, quo debuit modo, grām illam, grām propheticā honorauit, cui manifesta facta fu-
 erant occulta cordis sui, quatinus Iohannes dicere posset, ego à te debeo baptizari, siue illd
 secundum Iohannem, *Ecce agnus dei qui tollit peccata mundi, Et quomodo grām illam*

Iohan. I.
 Chrs suscepit
 poenitentia p
 peccatis nr̄is
 Psalm. 117
 Iohan. 10.
 Lucae. 1a
 Roma. 6.
 Prouer. 15
 Ephe. 3.
 Vis propheti
 ca in Iohanne
 Baptista.
 I. Cor. 14.
 Ibidem.
 Matth. 3.
 Iohan. 10.
 honorat



honorauit: Videlicet pronuntiando q̄ uere deus, uere spiritus sanctus, uere spiritus propheticus, & plus q̄ propheticus esset in mente Iohannis. Dixit em̄ ubi oportuñ fuit. Sed quid existis in desertu uidere, prophetam? Etiã dico uobis, & plus q̄ prophetam. Hic est enim, de quo scriptum est, Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui preparabit uiam tuam ante te. Amen dico uobis, inter natos mulierum non surrexit maior Iohanne Baptista. Et cætera, usq; & si uultis recipere, ipse est Helyas qui uenturus est, qui habet aures audiendi, audiat. ¶ Vbi uero factum est eidem Iohanni quod dixit, ego à te debeo baptizari? Oportet nanq; uerum & statera rationis esse ponderatum, q̄ tali in tempore talem ob causam, tali tantoq; filio hominis dixit propheta ueritatis, homo tanti meriti, angelus tam magni præconiij. Vbi ergo factum est eis? Vbi baptizatus est ab illo, qui ad baptismu eius ueniebat, filio hominis? Illic nimirum, ubi peccata mundi tulit idem agnus dei, quem digito demonstrauit. Vbi hoc? profecto ubi agnus ipse immolatus est, & nostros sanguine suo postes sacrauit, & Pharaonem cū suis Aegyptijs ita flagellauit, ut uinceret, qui uictus non fuerat decem præceptoru legalium plagis magnis, Pharaonem non carnis, sed spiritualem, scilicet diabolum principem tenebrarū, Vbi traduxit illum palam, confideter attingens cruce, & mare magnū, mare rubrū, scilicet sanguinem & aquam de latere suo lancea percussus emisit. Ibi factum est Iohanni quod sperabat & sciebat dicere, Ego à te debeo baptizari, nec soli Iohanni, uerū etiam sanctis & electis omnibus, qui expectabant eū ab origine mundi. ¶ Et quidem scire poterat, q̄ ex utero matris suæ sanctus esset, quippe q̄ spiritu sancto adhuc ex utero matris suæ repletus est, sed quia iuxta erat illi dñs, sicut scriptum est, Iuxta est dñs his qui tribulato sunt corde, & humilis spiritu saluabitur, quia iniqua iuxta illi erat dñs, & de prope sciebat in contritione cordis & in humilitate spūs, q̄ dominus solus sine peccato & solus esset de uirgine natus: ipse aut, quamuis magno munere sacratu, tamen de cōmixtione maris & scemine fuisset procreatus, sanctitate illam quasi nescire uoluit, nec sibi sufficere indicauit, nisi pro eo funderetur sanguis illius agni, quē uidebat, cui loquebatur, agni solius sancti, solius immaculati. ¶ Et reuera, nisi mare illud inimicos nostros operuisset, nisi sanguis ille fusus fuisset, & aqua illa inundasset, sanguis redemptiois & aqua emundationis, neq; huic, neq; illi, cui ante hunc dictū est, priusq; te formarem in utero, nouite, & ante q̄ exires de uentre sanctificauit te, neq; alicui sanctior: sanctitas ulla sufficere, quicunq; dicti sunt sancti, ut Aaron, de quo Psalmista dicit, Et irritauerunt Moyses in castris, Aaron sanctū dñi. Sunt em̄ plures modi, quibus quilibet sanctū dici cōsueuit, ne cū sanctū audieris, statim perfectū & ab omni putes esse peccato liberū. Scriptū quippe est in lege Moysi, quia omne masculinū adaperiens uulua, sanctū dñi uocabitur. Sanctificamini ait dñs omne primogenitū, quod aperit uulua in filijs Israhel, tam de hominibus q̄ de iumentis, mea em̄ sunt omnia. Et in lege Nazareni scriptū est, Sanctus em̄ erit, crescente carnis capitis eius. Omnes dies separationis suæ, sanctus erit dñs. ¶ Et Iohannes quidē istis quoq; modis sanctus fuit, utpote primogenitus, ante quē sterilis mater nullū genuit, idēq; Nazareus, uti angelus locus us est, uinū & siceram nō bibit. Sed nunquid omnis eiusmodi sanctus, qui inde sanctus est q̄ primogenitus, immunis à peccato existimabitur? Aut nunquid Nazareus, quoniã sicerā & uinū non bibit, & nouacula super caput eius non ascendit, siue Samson, siue alius quis eiusmodi, Ideo cōsummata sanctitatis erit? Veruntamen secundū illum sanctitatis modū, quē infusio sancti spūs operatur, Iohanne sanctior inter natos mulierū, nemo quidē surrexit, sed nihilominus sancti sanctior Iesu Christi baptismate, id est, sanguinis effusione, uel eius morte in diguit, & iccirco ueraci humilitate dixit, ego à te debeo baptizari. ¶ Nunc uide hunc sanctū, hunc primogenitū, hunc Nazareū, quā rū deceat sic esse uestitū, ut Euāgelista refert, dicens, Ipse aut Iohannes habebat uestimentū de pilis cameloz, & laudari à dño, dicente, Quid existis in deserto uidere hominē mollibus uestitū? ubi subauditur non, & sequitur, Ecce qui mollibus uestitur, in domibus regū sunt. Vere talis habitus decebat eū, uestimentū de pilis cameloz & zona pellicea circa lumbos eius, sicut & Helyam, de quo itidē scriptū est, uir pilosus, & zona pellicea accinctus renibus. Tales em̄ utriusq; fuerunt mores, & zelus auiterus, talisq; uita, quæ nō indulgebat sibi, ut esset remissior, fluentibusq; delicijs luxuriaretur. Hoc de isto confestim scribitur.

Math. ij.

Esaie. 40

Vbi baptizatus est Iohannes a Christo in cruce.

Exodi. jz.

Coloss. z

Psalm. 55

Nulli sua sanctitas sufficit ad regnū cælorum.

Hierem. i. Psalm. 50.

Lucæ. z.

Exodi. j3

Deute. 18.

Nume. 6.

Iohannes primogenitus & Nazareus

Lucæ. j.

Math. ij.

Iohannis & Helyæ uestitus. 4. Regum. 1.